f. 230 **Petri** cardin. Cameracensis tractatus breuis de contemplatione.

f. 232 **Isidorus** de norma vivendi. Cf. ed. Arev. VII, 341.

f. 234 Tractatus anonymi sic incipiens: Quatuor sunt quae prudentia nos edocet, praeterita recolere, praesentia disponere, futura prouidere et dubia suspendere.

f. 237 **Methodius Patarensis** de principio et fine seculorum. f. 238 Casus controversi iuris canonici. f. 252 De restitutione usurarum. f. 255 De casibus episcopalibus. f. 260 De audiendis confessionibus. Passionis secundum Joannem

expositio. f. 282 Ex Hugonis mystica theologia. f. 285 De contractibus emptionis et venditionis.

3248 (Asp. 48) in 2⁰. a. 1463 et 1465. 241 fol. 552

Hugonis de Prato Sermones dominicales. Scripsit Georgius Newnburger praedicator in Münster.

3249 (Asp. 49) in 2⁰. a. 1409. 255 fol. 553

F. 1 **Ulrici** (Brysaei) abbatis in Campo Liliorum Concordantiae caritatis i. e. Sermones de tempore et de Sanctis. (In his evangelia ex historiis veteris Testamenti et naturis rerum explicantur praemissis versibus leoninis.)

f. 120 De X praeceptis. — f. 125 Conflictus vitiorum et virtutum. — f. 127 Currus pergens ad celum et ad infernum.

f. 127 Septem mortalia peccata cum figuris eorum (i. e. animalibus singulorum peccatorum symbolis) versibus germanicis exposita. Inc. Superbia. Hofhfart sich vber dye andern wigt | Davon si selten wal gesigt.

f. 128 **Daz Chüngel** (i. e. Zaunkönig). Inc. Ir herren gebt mir ewern rat | wan vnser dinch vneben gat etc. Cf. cod. germ. 714 f. 42 sqq.

f. 129 Versus morales. — f. 130 Pater noster expositum. — f. 132 Missa figuris XLII delineatis exposita ab **Innocentio III.** Inc. In prima figura demonstratur quod quatuor modis dicitur missa. — f. 156 Circulus mystico-astrologicus.

f. 160 Legenda Sanctorum. — f. 242 Sermones paschales.

3250 (Asp. 50) in 2⁰. a. 1473. I et 296 fol. 554

F. I et 296 membr. Fragmenta formularii epistolandi Ludovici IV imperatoris.

F. 1 **Quadragesimale.** Inc. Qui uidet in abscondito etc.

f. 68 **Gilberti de Tornaco** Dicta s. Sermones ad status hominum. Inc. Fidelem me existimasti etc.

f. 169 **Exempla.** Inc. Legitur de quodam rege alimoniae Bozberto nomine etc.

f. 191 Sermones de Sanctis. Eorum auctor manu posteriore Heinricus de Contractibus adscriptus est.

3251 (Asp. 51) in 2⁰. a. 1442. 297 fol. 555

Postilla Evangeliorum dominicalium, ferialium, festivalium. Inc. Quia Dominus gloriosus etc.

3252 (Asp. 52) in 2⁰. s. XV. 264 fol. 556

F. 1 Sermones de tempore collecti. (f. 167 Oratio dominica VII versibus hexametris expressa, quorum primus est: O pater alme tuum nomen sit sanctificatum.)

f. 170 'Biblia curtata' veteris Testamenti. Inc. In principio creauit Deus angelos. — f. 237 Quaestiones super quartum Sententiarum (num sacramenta debuerint institui).

557 **3253** (Asp. 53) in 2°. s. XV. 172 fol.

Johannis (Friburgensis) Summa media de penitentiis secundum canones et leges seu Opusculum quaestionum casualium. Inc. Quoniam dubiorum noua cottidie difficultas emergit casuum etc.

558 **3254** (Asp. 54) in 2°. s. XV. 310 fol.

F. 1 Breviarium decreti Gratiani a **Laurentio** clerico Neapolitano editum. Inc. Sicut fulgor auri superat fulgorem omnium metallorum etc.

f. 262 Legenda de tribus SS. Magis s. Regibus gloriosis. Scripsit a. 1459 Frid. Burkchstaler t. t. in Münster, item sequentem epistolam.

f. 306 Epistola **Johannis Presbyteri** ad Imperatorem Constantinopolitanum. Cf. Zarncke, Der Priester Johannes, p. 895.

559 **3255** (Asp. 55) in 2°. a. 1441. 223 fol.

F. 1 **Summa de causis.** Inc. Cum miserationes domini sint super omnia opera etc. In Clm. 5896 idem liber beato Thomae adscribitur. Cf. etiam Clm. 3024 f. 130.

f. 72 **Joannis de Marienwerder** Expositio symboli apostolorum. Inc. Venite et ambulemus in lumine Dei nostri.

f. 176 Mendicus de tempore et Sanctis excerptus ex Jacobo de Voragine per totum annum. Inc. Benedictus qui uenit in nomine Domini.

f. 217 Tractatus de VII horis canonicis rite persolvendis. Inc. Septies in die laudem dixi tibi etc. Quamuis deus semper et in omni tempore a nobis sit laudandus etc. Cf. Clm. 5338. — f. 220 Quomodo proximus morti sit interrogandus. — f. 220 Tractatulus de uerbo Dei. Inc. Verbum Dei est magnae efficaciae. — Scripsit Martinus dictus Stukchlär.

560 **3256** (Asp. 56) miscell. in 2° min. s. XV. 165 fol.

F. 1 **Guidonis de Monte Rotherii** Manipulus curatorum.

f. 76 **Jordani** liber de passione Domini. Scripsit a. 1472 Georgius Newnburger. — f. 123 **Nicolai de Dinkelspühel** Concepta de penitentia. Scripsit a. 1433 Jo. de Lauffen

561 **3257** (Asp. 57) in 2°. s. XV. 226 fol.

F. 1 **Augustini** Soliloquium de arra animae.

f. 5 **Nicolai de Dinkelspuehel** tractatus de VII vitiis. — f. 82 Eiusdem concepta de tribus partibus penitentiae, ut in cod. 3256. — f. 129 Eiusdem tract. de X praeceptis.

f. 65 Confessionale de VII criminibus capitalibus. Inc. Secundum magistrum et doctorem in IV Sententiarum etc. — f. 123—128 et 219—226 Sermones. — Maiorem codicis partem Thomas Pewntner cappellanus in Gmunden, postea in Ried a. 1451 et 1454 conscripsit.

3258 (Asp. 58) in 2°. s. XV. 166 fol. **562**
Humberti abbatis Cisterc. Conclusiones super IV libros Sententiarum.

3259 (Asp. 59) in 2°. a. 1441. 313 fol. **563**
Petri Lombardi Sententiarum libri IV. Scripsit Nicol. Mulberger.

3260 (Asp. 60) in 2°. a. 1450. 416 fol. **564**
Nicolai de Dinkelsbühl Tractatus super quartum Sententiarum. Scripsit Joh. Murator.

3261 (Asp. 61) in 2°. s. XV. 289 fol. **565**
F. 1 Gesta Romanorum cum abbreviationibus. Inc. Dorotheus imperator statuit pro lege etc. Cf. Oesterley, Gesta Romanor. sub n. 50.
f. 51 Summa iuris minor (de decimis, de sacramentis, de simonia etc.). Inc. Decimae, ut ait Decretum, sunt tributa animarum egencium.
f. 60 Biblia pauperum. Inc. Cum David f. Salomonis perfecisset templum Domini etc. — f. 102 Infantia Salvatoris. Inc. Factum est ut fieret processio ex edicto Caesaris Augusti etc.
f. 107—111 et 132 sq. **Bernhardi** tract. de cura domestica.
f. 111 **Jacobi de Lusanna** (sic) Compendium moralitatum.
f. 122 De passione Domini.
f. 134 (**Johannis Chorianti** ord. praed.) Tractatus de instructione confessariorum. Inc. Simpliciores et minus peritos confessarios.
f. 150 Exempla bona (primum de usurario, extremum de milite, cuius vinea collecta ob defectum).
f. 163 **Antonii** fr. eremit. Liber figurarum. Inc. Castigo corpus meum. — f. 207 Exceptiones de summa vitiorum. — f. 248 (Lotharii diaconi, postea Innocentii III papae tractatus) de mysteriis missae. Cf. Journal des Savants 1883, p. 637; 1887, p. 566.

Codices num. 3301—3348 ex bibliotheca monasterii ordinis S. Benedicti in Attel.

3301 (Att. 1) membr. in 2° mai. s. XIII. 284 fol. **566**
Biblia utriusque testamenti. Codex admodum nitide exaratus est, sed, ut apparet ex nota adscripta, iam a. 1759, quo liber ab Jos. Erh. barone de Rumel monasterio dono datus est, pictae litterae initiales pleraeque exsectae erant.

3302 (Att. 2) membr. et chart. in 2° min. a. 1495. 142 fol. **567**
F. 1 **Martyrologium.**

f. 58 Absolutiones capitulares per circulum anni.
f. 61 Regula S. Benedicti.
f. 76 Necrologium monasterii usque ad XVII saec. continuatum.
f. 137 Modus quando alicui datur confraternitas. In fine legitur: Iste liber editus est a Martino Abbate in Attl († a. 1498) et finitus per fr. Sigismundum Vöhrl ab dem Varhach professum huius monasterii.

568 **3311** (Att. 11) in 2⁰. a. 1455. 305 fol.

Missale Romanum. — Scripsit Liebhardus Meischner cappellanus in Castro veteri.

569 **3312** (Att. 12) in 2⁰. s. XV. 171 fol.

F. 1 Tabula super Summam Raimundi alphabetica, a. 1470.
f. 53 **Speculum clericorum,** a. 1451.

570 **3313** (Att. 13) in 2⁰. s. XV. 500 fol.

Psalterium monasticum.

571 **3314** (Att. 14) in 2⁰. s. XV. 205 fol.

F. 1 **Johannis de Marienwerder** Tract. de symbolo. — f. 98 **Nicolai de Tynchespüchel** sermones de poenis inferni, de corpore Christi, de VIII beatitudinibus. — In tegumento figura B. Mariae V. incisa est.

572 **3315** (Att. 15) in 2⁰. s. XV. 195 fol.

Discipuli Sermonum de tempore pars aestivalis, item nonnulli sermones de Sanctis. Liber in fine mutilus est.

573 **3316** (Att. 16) in 2⁰. s. XV. 427 fol.

Discipuli Sermones de tempore et Sanctis. Pars hiemalis et aestivalis. f. 313 Sermones (eiusdem?) de cogitatione, de locutione, de operibus, de VII peccatis, de sacramentis etc. — Sermones communes, quorum primus de apostolis. Sequitur index alphab. materiarum et exemplorum. — f. 424 Passio Domini in die parasaue (sic). In fine desunt quaedam. — In largo libro passim glossulae germanicae inveniuntur.

574 **3317** (Att. 17) in 2⁰. a. 1479. 414 fol.

F. 1 Sermones dominicales. Inc. Erunt signa in sole etc.
f. 161 **Andreae de Escobar** tract. de decimarum solutione.
f. 166 De poenis inferni, de fine mundi et gaudiis aeternis. Sunt 30 capitula. — f. 201 Sermones. — f. 217 De praeceptis decalogi.
f. 233 Flores ex quarto Sententiarum.

575 **3318** (Att. 18) in 2⁰. s. XV. 210 fol.

Pauli Wann Sermones dominicales. Et initium et finis desunt.

576 **3319** (Att. 19) in 2⁰. s. XV. 292 fol.

Formularius publici notariatus officii, idem qui in Clm. 14328. Cf. Rockinger, Formelbücher p. 66 n. 132 et passim.

Post tabulam prima charta exsecta est, item in fine complures desunt.

3320 (Att. 20) in 2⁰. a. 1682. 212 fol. **577**

'Variorum quorundam selectorum pars nova et prima, conquisita et conscripta a fr. **Romano Schell'**. Sunt varia excerpta ex auctoribus Latinis tam veteribus quam recentioribus.

3331 (Att. 31) in 4⁰. a. 1502. 217 fol. **578**

F. 1 **De imitatione Christi** libri IIII.

f. 110 **Liber de arte moriendi.** Inc. Cum circa propriam vitam multi sunt negligentes etc.

f. 142 **Augustini** liber de animae quantitate. Cf. I, 1035 ed. Migne. — f. 190 De fructu carnis et spiritus. Inc. Cum omnis divinae paginae sermo id intendat etc. — f. 201 Litigatio Mascaron contra genus humanum. Inc. Accessit Mascaron ad dei omnipotentis potentiam etc.

f. 213 **Bernhardi Clarevallensis** tract. de conflictu civitatis Babylonis et Jerusalem. Cf. Clm. 4644.

3332 (Att. 32) in 4⁰. s. XVI ineunt. 240 fol. **579**

F. 1 **Lavacrum conscientiae.** Inc. Lavamini, mundi estote. Amplum opus clerici Bavari, ut videtur, cuius praefatio directa est ad fratrem germanum parochum, concubinam et liberos habentem, exemplis refertum est. Cf. Riezler, Geschichte Baierns III, 844.

f. 145 Stella clericorum. — f. 163 Augustinus de sacramento altaris.

f. 168 **Roberti de Licio** sermones de diuina caritate et de immortalitate animae.

3333 (Att. 33) in 4⁰. s. XV. 163 fol. **580**

Calendarium, tabulae astronomicae, varia ad chronologiam et astronomiam spectantia auctore mag. **Johanne Kungsperg** (Regiomontano), f. 1—31 germanice. In ultima charta adscriptum est: Dye geschlecht jm land zw payren, der nam schilt vnd helm abgangen synd meins gedencken von der jarzall Christi 1485 in 20 jaren nach der gesetzten zal. Sequuntur nomina 50 gentium.

3334 (Att. 34) in 4⁰. a. 1477—79. 200 fol. **581**

F. 1 Auctoritates utriusque testamenti secundum ordinem alphab. (Abstinentia — zelus).

f. 66 **Jacobi Carthusiensis** tract. de animabus exutis a corporibus.

f. 88 **Lotharii** cardinalis (Innocentii III) liber de miseria humanae condicionis.

f. 116 Summa brevis theologiae in II partes divisa. Inc. De trinitate Dei hoc tenendum est. — f. 134 Summa penitentiae. — f. 138 Sermones pro mortuis. — f. 142 Litigatio Satanae contra genus humanum.

f. 149—171 Das puoch von der lieb gottes. Inc. Also ist zu mercken das der liebhaber aller menschen etc.
f. 171 **Andreae de Escobar** tract. de decimis.
f. 195 De ecclesia S. Mariae Loreti.
f. 197 Catechismus grammaticalis secundum Donatum. — Librum scripsit Johannes Weyt perpetuus vicarius collegiatae ecclesiae Onoltzpacensis Herbipol. dioecesis.

582 **3335** (Att. 35) in 4°. a. 1737. 159 fol.

Barthol. Holzhauser, instituti clericorum in communi viventium authoris, interpretatio Apocalypseos.

583 **3336** (Att. 36) in 4°. s. XV. 52 fol.

F. 1—2 et 5 Formulae litterarum, quibuscum fr. Chonradus commissarius filialis ecclesiae in Etling varios parochianos ob certa peccata graviora ad N. vicarium generalem Ratisbonensem mittit.
f. 3 sq. Officium de armis Christi.
f. 6 Informatio ad usum peccata sua confitentium exemplis illustrata. Inc. Laetare filia Sion. — f. 30 **Thomae de Aquino** quaestiones de confessione. — f. 33 Casus papales et episcopales. — f. 41 De VIII speciebus turpitudinis quas coniugales solent inter se exercere (una charta excisa est). — f. 48 Satisfactiones secundum Joannem de Deo. — f. 51 Quaestiones circa cerimonias quasdam.

584 **3337** (Att. 37) in 4°. a. 1435. 93 fol.

Martyrologium de Sanctis. — f. 74 **Alberti Magni** orationes de evangeliis dominicalibus per circulum anni. — f. 92 Legenda de B. Elisabeth Thuringensi.
Frater Conradus Labenbolff emit istum libellum pro 60 denariis anno 1478.

585 **3338** (Att. 38) in 4°. a. 1411. 177 fol.

Sermones cum legendis de Sanctis et festis, item Sermo abbatis in capitulo de absolutione in cena Domini. In extrema charta adscriptum est mandatum episcopale de synodo in oppido kitzpühel habenda. Codex ab initio est mutilus.

586 **3348** (Att. 48) in 8°. a. 1640. 181 fol.

Jacobi Bidermanni S. J. horarum subsecivarum libri IV. Eiusdem Epitaphiorum liber. Adiecta sunt f. 176 sqq. aliquot carmina Ant. Flamminii, A. Mureti, Famiani Stradae, Thom. Mezleri ord. S. Bened. ex Zwifalten (Pervigilium veris).

Codices num. 3401–3466 ex bibliotheca canoniae B. Mariae V. et S. Felicitatis in Au.

587 588 **3401** et **3402** (Au 1 et 2) in 2°. s. XV.

Gregorii Magni Moralium in Job libri XXXVI.

3403 (Au 3) in 2⁰. a. 1463. 318 fol. 589

Fol. 1 Tractatus de auctoritate generalium conciliorum et potestate eorum supra papam et quoslibet alios, editus per universitatis Cracoviensis doctores a. 1441 ad concilium Basileense legatos.
f. 21 Modus devolvendi sive trahendi causas ad Romanam curiam.
f. 39 **Gregorii** Moralium in Job libri XI—XXVII.

3409 (Au 9) in 2⁰. a. 1471—74. 312 fol. 590

F. 1 Libellus qui dicitur **Gratia Dei** (ex dictis SS. collectus). — f. 27 **Udalrici de Fonte Salutis** expositio super canticum B. M. V. Inc. Omnipotentis mater etc. — f. 42 **Joh. Gerson** tract. de ecclesiastica potestate et de origine iuris et legum. — f. 69 **Augustini** lib. de vita christiana ad Monicam matrem.
f. 87 Speculum humanae salvationis. Inc. Expediens videtur et utile. — f. 149 **Nicolai de Dinkelsbühl** Speculum praelatorum.
f. 164 **Andreae de Escobar** tract. de decimis.
f. 183 **Hieronymi Posser** (al. Potzner) de Saltzeburga sermones de Sanctis per annum. Sequuntur f. 268 nonnulli sermones **Augustini** et f. 302 **Thomae de Haselbach.**

3410 (Au 10) in 2⁰. s. XV ineunt. 310 fol. 591

Bartholomaei a S. Concordio s. Pisani Summa casuum conscientiae (Summa Pisana).

3411 (Au 11) in 2⁰. a. 1463. 357 fol. 592

Gulielmi Durandi Rationalis divinorum officiorum libri VIII.

3414 (Au 14) in 2⁰. a. 1448. 356 fol. 593

F. 1 De vita et virtutibus B. Mariae tractatus quadripartitus. Inc. Laetetur anima vestra in numina eius. — f. 88 Collationes super Ave angelicum. Inc. Quoniam, ut ait Jeronymus, nulli dubium est quin totum ad gloriam et laudem Dei pertineat etc.
f. 138 **Anselmi** sermo de conceptione B. Mariae V.
f. 140 **Joh. Gerson** tract. super canticum Mariae. Adiecta est f. 302 sq. tabula opusculorum et tractatuum Gersonis.
f. 304 **Gregorius M.** super Cantica canticorum.
f. 328 **Richardi** (a S. Victore) tract. de contemplatione Benjamin.

3417 (Au 17) in 2⁰. a. 1439. 236 fol. 594

F. 1 **Nicolai de Dinkelsbühl** tract. de oratione dominica. f. 144 Idem de VIII beatitudinibus. f. 179 Eiusdem tract. de Decalogo.
f. 43 Quaestio disputata in quodlibeto Heidelbergensi, utrum potestas cohercendi daemones fieri possit per caracteres, figuras aut vocis prolationes.

f. 49—143 De VII vitiis capitalibus et virtutibus eis oppositis. Inc. Nunc dicendum est de vitiis et aliquibus virtutibus eis oppositis.
f. 226 Tractatus de arte moriendi. Inc. Cum de praesentis exilii miseria etc. Recentiore manu nomen Joh. Nideri adscriptum est, at est auctor tractatus Joh. Gerson.
f. 235b Hainrici de Hassia exhortatio. Inc. Quanta fratres audiuimus et cognoscimus et cottidie in scripturis legimus monita.

595 **3419** (Au 19) in 2⁰. a. 1445. 343 fol.

F. 1 **Thomae de Haselbach** sermones dominicales a pentecoste usque ad adventum. f. 286 Idem de X praeceptis. — f. 333 **Joh. Andreae** arbor consanguinitatis.

596 **3420** (Au 20) in 2⁰. a. 1450 et 56. 227 fol.

F. 1 Sermones dominicales incerti auctoris. Inc. Licet in omni scientia etc. f. 82 Sermones quadragesimales. Inc. Conuertimini ad me toto corde etc. f. 128 **Contracti** sermones de Sanctis.

597 **3421** (Au 21) in 2⁰. a. 1444. 337 fol.

F. 1 Sermones dominicales, quibus multa germanica intermixta sunt. Inc. Benedictus qui uenit etc. — f. 182 Rustilogus de tempore. Inc. Ecce rex uenit tuus.
f. 265 Gesta Romanorum breviata. Cf. Oesterley, Gesta Rom. sub n. 51. — f. 311 Epistola Rabbi Samuelis. — f. 326 Commentum in Prudentii historiarum tractatum de vetere et novo testamento. — Codex in fine non integer est.

598 **3432** (Au 32) in 2⁰. a. 1416. 230 fol.

Postilla super omnes epistolas S. Pauli, adiecto indice quando per annum in missa legantur.

599 **3433** (Au 33) in 8⁰. s. XIV et XV. 230 fol.

F. 1—61 Aequipollarius, i. e. Sermones dominicales.
f. 64 Tabulae ad inveniendum numerum aureum.
f. 65b—66b et 136b—137 Gewärte wein Artznei. f. 66b Tintenrecept.
f. 67 Quadragesimale **Parmensis**. f. 134 Sermo de X praeceptis. Sequuntur f. 195—209 alii sermones item incerti auctoris.
f. 138 Martyrologium de Sanctis. Scripsit Nic. Tachs a. 1398.
f. 209—217 Epistola Christi de die dominico. De Adam et Eva. (Legenda de ligno st. crucis.) Ed. W. Meyer, Die Geschichte des Kreuzholzes vor Christus, Abhandlungen d. München. Ak. Philos.-philol. Cl. XVI, 2 (1881) p. 130 sqq. De Joanne Chrysostomo. De Wilhelmo Normannorum

duce. De S. Gregorio. De S. Eustachio. — f. 218 Expositio missae.

3434 (Au 34) in 2°. a. 1468. 262 fol. **600**

F. 1 Postilla in Evangelia per annum. — Passio Jesu Christi secundum quattuor Evangelistas.

f. 123 Historia passionis Jesu Christi. Inc. Christus perit etc. f. 136 Officium missae. Inc. Ad honorem benedicte et indiuidue trinitatis etc. — Partem priorem codicis scripsit Andr. Kraus, posteriorem Georgius C. Erfordiae.

3435 (Au 35) in 2°. a. 1474. 332 fol. **601**

F. 1 **Johannis Nider** de Nuernberg Sermones de tempore et de Sanctis. — f. 305 De conceptione B. Mariae V. Inc. Sanctificavit tabernaculum altissimus etc. — f. 326 De cautelis missae. f. 327 Tabula sacerdotum naufragantium et negligentium circa sacramentum altaris. Inc. Si sacerdos infra (sic!) missam infirmitate uel morte preoccupetur etc. — f. 328ᵇ Sermo de novo sacerdote. — f. 331 **Bernhardus** de formula honestae vitae.

3436 (Au 36) in 2°. s. XV. 303 fol. **602**

F. 1 De officio missae, cum tabula operis prolixi. Inc. Scribitur exodi 19 et 28 capite etc. Liber a. 1467 scriptus est. — f. 168 **(Henrici de Hassia)** Tractatus de discretione spirituum. Cf. Clm. 4775. — f. 177 **Udalrici Brysaei** abbatis in Campo liliorum Concordantia caritatis (i. e. Sermones de temp. et de SS.) cum glossulis germanicis. Cf. cod. lat. 3249. Libros inde a f. 168 usque ad finem scripsit Petrus Schaffhausiensis, primissarius in Rösenhaym, a. 1465.

3437 (Au 37) in 2°. a. 1413. 304 fol. **603**

F. 1 **Guilelmi Peralti** Summa vitiorum. — f. 233 **Johannis de Deo** Hispani de penitentia libri VII. — f. 273 Expositio missae data Pragae. Inc. Comedite et inebriamini etc.

f. 304 Distichon:

'Mortales cuncti' admonet nos tumba sepulcri
Hassonis Henrici vermibus esca dati.

Sequuntur versus 60 de morte, quorum singuli a vv. 'Mors est a tergo' incipiunt et in voc. 'ergo' desinunt, velut:

Mors est a tergo: sic cautus quilibet ergo.
Mors est a tergo: pacem presul velis ergo etc.

Liber exaratus est a Martino de Stokach.

3439 (Au 39) in 2°. a. 1461. 304 fol. **604**

Psalmi Davidici, oratio dominica, salutatio angelica, symbolum Apostolorum cum glossis partim germanicis. — Scripsit Joh. Kelhammer.

3441 (Au 41) in 2°. a. 1445. 417 fol. **605**

Discipuli sermones numero 164 cum tabula ut in Clm. 3316. Scripsit Joh. Lieb.

606 **3446** (Au 46) in 2⁰. a. 1454. 437 fol.

Biblia veteris Testamenti usque ad Ecclesiasticum. Scripsit Nicol. Perndorffer professus in Obern Altach. Indicem amplissimum adiecit Sigismundus Dachs a. 1474.

607 **3447** (Au 47) in 2⁰. a. 1435—38. 374 fol.

Biblia veteris Testamenti usque ad Ecclesiasticum. Adiectae sunt sub finem ‚Distinctiones librorum Biblie' sive (**Alberti Magni**) indices metrici Bibliorum, iidem qui in Clm. 3070 f. 151.

608 **3448** (Au 48) in 2⁰. a. 1456. 416 fol.

Petri Manducantis presbyteri Trecensis scholastica historia.

609 **3450** (Au 50) in 2⁰. s. XV. 168 fol.

F. 1 Liber de vita SS. Patrum heremitarum. — f. 69 **Davidis de Augusta** (alias Bernardi) libellus de honesta formula vitae.

f. 72ᵇ Tractatus de penitentia. Inc. Sufficit ad veritatem penitentiae.

f. 97 Mag. **Gerhardi Groet** dicti Magni diaconi, qui obiit a. 1384, dicta (numero 26) ad clerum Traiectinum.

f. 134 **Henrici de Frimaria** tract. de X praeceptis. Scripsit Liebhardus Reyff.

610 **3453** (Au 53; in priore editione catalogi 3451 et Au 51) in 2⁰. a. 1432. 312 fol.

Huguccionis Vocabularius latinus adscriptis hic inde vocabulis germanicis.

611 **3455** (Au 55) in 2⁰. a. 1689. 267 fol.

Ἀναλελεγμένων partes tres, s. Excerpta ex libris tam sacris quam profanis varii argumenti.

612 **3464** (Au 64) in 2⁰. a. 1530. 72 fol.

Theses 405 ab **Joh. Eckio** ad disputandum contra Lutherum propositae et Imp. Carolo V a. 1530 Ingolstadii oblatae. Cf. Wiedemann, Joh. Eck, p. 580—584.

613 **3465** (Au 65) in 2⁰ min. s. XVI. 79 fol.

Bullarium Augiense, documenta paparum, episcoporum, abbatum, item laicorum quorundam inde ab a. 1129 usque ad a. 1521 complectens.

614 **3466** (Au 66) in 4⁰. s. XVIII. 17 fol.

'**Monita privata Jesuitarum** ad bonum tum corporale tum spirituale eiusdem societatis. Edita a **Sanctio Galindi** (Casp. Scioppio) eiusdem soc. sacerdote. Impressa Lugduni a. 1657'. Praefixa est praefatio Augustini Auracher can. reg. Laterano-Auensis decani, sic incipiens: Habes hic monita privata Jesuitarum, ab amico certe homine conscripta etc.

Codices num. 3501—3661 ex bibliotheca Augustanae civitatis.

3501 (Aug. civ. 1) membr. in 2° mai. s. XIV. I et 429 fol. cum litteris initialibus pictis aut coloribus decoratis. **615**

Codicis Justiniani Imp. libri I—IX cum glossis. Index rubricarum f. 428 sq. recentiore manu adiectus est.

f. 428[b] Regulae graphicae, ubi debeant fieri paragraphus, versus, punctum altum, tractus, virgula. Notata quaedam (possessoris?) de anno 1379.

Codicem scripsisse videtur in Italia Pauolo di Pietro notarius.

3502 (Aug. civ. 2) membr. in 2° mai. s. XIV. 310 fol. cum litteris init. pictis, in Italia scriptus. **616**

F. 1 **Institutionum iuris** Imp. Justiniani libri IV cum glossis.

f. 79 Codicis Justiniani libri X—XII.

f. 149 Constitutionum eiusdem novellarum liber qui etiam dicitur authentica.

f. 279 Consuetudines de feudis et de iure fisci.

f. 306 sq. Frederici II Constitutiones. De codice cf. K. Lehmann in „Neues Archiv" XVI, 399.

3503—3505 (Aug. civ. 3—5) membr. in 2° mai. s. XIV. 306, 254, 312 fol. cum picturis et litt. init. pictis, in Italia scripti. **617—619**

Digestorum libri I—L cum glossis.

3506 (Aug. civ. 6) membr. in 2°. s. XIV. 333 fol. cum litteris init. pictis. **620**

Digesti (veteris) libri I—XXIV cum glossis. f. 334 s. IX Fragmentum vitae st. Leonardi.

3507 (Aug. civ. 7) membr. in 2° mai. s. XIV in Italia script. 69 fol. **621**

F. 1 (Portii) **Azonis** Brocarda (generalia) in iure ciuili.

f. 51 **Bernardi** Summa super decretalibus.

f. 68 Rubricae (sive potius index alph. materiarum) Codicis Justiniani.

3508 (Aug. civ. 8) membr. in 2°. s. XIV. 92 fol. **622**

Institutionum iuris Imp. Justiniani libri IV cum glossis.

3509 (Aug. civ. 9) membr. in 2°. s. XIV in Italia script. 303 fol. **623**

F. 1 **Institutionum iuris libri IV** cum glossis.

f. 45 Constitutionum novellarum liber.

f. 203—238 (in 4°) De feudis.

f. 239 Codicis Justiniani libri X—XII. De codice cf. K. Lehmann in „Neues Archiv" XVI, 398.

624 **3510** (Aug. civ. 10) membr. in 2⁰. s. XIII. 79 fol.

Legis Longobardorum libri tres. In fine additum est ante subscriptionem rescriptum regis Chonradi (II) de lege Romana, quod editum est in Mon. Germ. Legg. II, 40. Adiecta sunt alia manu f. 78 nonnulla quae sic incipiunt: Liber iste institutionum seu helementorum nomen habet, erigit enim lectorem in statum romani iuris etc.

625 **3510ᵃ** (Aug. civ. 10ᵃ) membr. in 2⁰ mai. s. XV. 130 fol.

F. 1 **Aegidii Romani** de regimine principum libri III.

f. 123ᵇ—130 (haec alia et posteriore manu scripta sunt) **Poggius** Florentinus de nobilitate.

626 **3511** (Aug. civ. 11) membr. in 2⁰ mai. s. XIV in Italia script. 103 fol. cum picturis.

F. 1 **Johannis filii Serapionis** medici Breviarium, ex arabico in latinum conversum per mag. Gerardum Cremonensem in Toleto.

f. 84 Vocabularium medicum arabico-latinum.

f. 89 **Abubekr Rasis** filii Zachariae liber de medicina, ex arabico in lat. a mag. Gerardo Cremonensi translatus.

627 **3512** (Aug. civ. 12) membr. in 2⁰. a. 1300 in Italia script. 434 fol.

F. 1 **Johannis Nazareni filii Mesue** Grabadin medicinarum particularium.

f. 61 **Hebe** (Hely?) **Mesue** de simplicibus medicinis libri III.

f. 104 Synonyma **Metani** (?).

f. 119 **Nicolai** Antidotarium et doses et Synonyma eiusdem.

f. 147 Synonyma **Rasis.** f. 157 Synonyma **Avicennae.** f. 164 Tabula Antidotarii. — f. 166 **Johannis de Parma** 'Practicella ex dictis Hebemesue principaliter abbreviata'. — f. 167 Quid pro quo, seu quae airabalanomice possunt poni. f. 168 De conferentibus et nocentibus cerebro, capiti, cordi etc.

f. 170 **Constantini (Africani)** monachi Viaticum cum glossulis Gerardi.

f. 289 Tabula primationum (lunae). Calendarium ecclesiasticum et astronomicum.

f. 298 **Galeni** artis parvae libri III cum commento H(aly). — f. 334 Eiusdem de pulsibus liber. — f. 337 Eiusdem lib. de malitia complexionis diversae.

f. 340 **Hippocratis** Aphorismi cum commento Galeni. f. 378 Eiusdem prognosticorum liber cum commento Galeni. f. 403 Eiusdem de regimine acutorum particulae III cum commento Galeni.

f. 433 sq. Fragmenta medica.

628 **3513** (Aug. civ. 13) membr. in 2⁰. s. XIV. 70 fol.

Theorica Pantegni (παντέχνη) a **Constantino** (Africano) edita.

3514 (Aug. civ. 14) membr. in 2⁰. s. VII. 306 pagg. 629
Passio Sanctorum: p. 1 Silvestri (p. 1—8 a manu saec. IX suppletae sunt), p. 18 Potiti, p. 29 Juliani et Basilissae, p. 77 Polyeucti Candidiani et filiorum, p. 80 Speusippi, Elusippi et Melusippi, p. 88 XXXVII virorum, p. 92 Sebastiani, p. 145 Fructuosi episcopi Auguri et Eologi (Eulogii) diaconi (in fine mutila aliquot foliis deperditis), p. 149 Vincentii (initium deest), p. 158 Babilatis et trium puerorum in ciuitate Antiochia (p. 170^b s. XII adscripta est oratio legenda super caput mulieris, quae post partum venerit ad ecclesiam). p. 171 Passio Georgii, p. 177 Tharaci, Probi et Andronici, p. 208 Maximi, p. 210 Juli (Julii), p. 213 Cyrilli, p. 215 XLVIII martyrum, p. 232 vita Medardi auctore **(Venantio) Fortunato** (prosaica, cf. Monum. Germ. Auct. antiq. IV, 2, 67), p. 239 item vita Medardi (metrica, eodem Fortunato auctore, cf. ibid. IV, 1, 44—48), p. 245 Nazari, Geruasi, Protasi et Celsi pueri, p. 253 Thyrsi et Callinici (initium deest folio amisso), p. 273 Passio Juliani, ex hoc codice ed. in Mon. Germ. Script. Meroving. I, 879—881, p. 277 Petri episcopi Alexandrini, p. 288 Aniceti, Fotini (Photini) et reliquorum (in fine pauca desunt compluribus chartis amissis), p. 299 fragmentum de Ferreolo, p. 301—306 (saec. X) passio SS. Sergii et Bacchi ab initio mutila. Cf. Mon. Germ. Auctor. antiquiss. IV, 2, p. XXVI, et Script. rer. Meroving. I, 878.

Complura in codice vetustissimo intercidisse apparet ex antiqua passionum tabula codici praefixa. Ad calcem libri inscriptum est: 27. die Febr. an. 1608 Marcus Velserus hunc codicem Augusta Antverpiam mittit Rev. D. P. Heriberto Rosweido S. J. utendum hac lege, ut via Francofortensi Augustam remittatur vel nundinis proximis autumnalibus vel certe sequentibus vernalibus.

3515 (Aug. civ. 15) membr. in 2⁰ min. s. XIV. I et 167 fol. 630
Magistri **Petri Heliae** Summa super maiorem Priscianum. Inc. Ad maiorem artis grammaticae cognitionem primo uidendum est quid grammatica, quod genus eius etc.

3516 (Aug. civ. 16) membr. in 2⁰. s. X. 117 fol. 631
F. 1—109 Historia romana breuiter digesta. Est **Pauli Diaconi** historia, cuius X libros priores **Eutropium** continere constat. In fine libri X (f. 73) nihil legitur nisi: EXPLICIT LIBER DECIMVS, sed additum est inter lineas et in marg. manu paulo recentiore: Hucusque historiam eutropius composuit. cum (leg. cui) tamen aliqua paulus diaconus addidit. iuuente (i. e. iubente) domna adelperga christianissima beneuenti ductrice. coniuge domni arichis sapientissimi et catholici principis. deinceps quae secuntur idem paulus ex diuersis auctoribus proprio stilo contexuit. In fine legitur: Quia uero restant adhuc quae de iustiniani augusti felicitate dicantur. in sequenti deo praesule libello promenda sunt. EXPLICIT LIBER XVI (corr. XVII; nam inde a libro

XI in subscriptionibus libri uno numero brevius indicati sunt). Cf. editiones Hartelii (1872) et H. Droysenii in Mon. Germ. Auctor. antiquiss. T. II (1879).
f. 109ᵇ—117 **S. Efrem** sermo in Joseph.

632 **3517** (Aug. civ. 17) membr. in 4⁰. s. X. 66 fol.
Boetii institutionis arithmeticae libri II.
f. 65ᵇ Solutio primi capituli de secundo libro arithmeticae.

633 **3518** (Aug. civ. 18) membr. in 4⁰ oblongo. s. XI. 173 fol.
Prisciani artis grammaticae libri I—XV et parva pars l. XVI.

634 **3519** (Aug. civ. 19) membr. in 4⁰. s. XII. 49 fol.
F. 1 **Lex Baioariorum.** Cf. J. Merkel in Mon. Germ. Legg. III, 186.
f. 36 Decreta ducis Tassilonis cum actis synodalibus. Cf. ibid. p. 459—461. — f. 37 De collaudatione quam episcopi et abbates in Baioaria inter se fecerunt pro defunctis fratribus. Cf. ibid. p. 461 sq. — De concilio quod dux Tassilo aput Dingoluingam celebrauit, ibid. p. 462. — f. 37ᵇ De popularibus legibus, ibid. p. 464—468. — f. 39 Capitula quae dominus Karolus serenissimus addere iussit, ibid. p. 477; Legg. Sectio II, Tom. I, 157. — f. 40ᵇ Capitula quorum (leg. quae) in lege Salica mittenda sunt. Cf. Mon. Germ. Legg. I, 113 sq. — f. 43 De falsis monetariis, ibid. p. 115.
f. 43 Catalogus regum Francorum et Germanorum a Pipino ad Heinricum V. f. 44 Catalogus paparum a Petro usque ad Calixtum II cum notitiis historicis.
f. 47ᵇ Decretum (ficticium) de expeditione Romana. Cf. Mon. Germ. Legg. II, 2 p. 3.

635 **3520** (Aug. civ. 20) membr. miscell. in 2⁰. s. XIV. 65 fol.
F. 1 **Johannis de S. Amando** tractatus super Antidotarium Nicolai.
f. 43 **Hamet Averrois** liber de theriaca. Hic tractatus et qui sequuntur litteris minutissimis scripti sunt. — f. 44ᵇ **Avicennae** tract. de viribus cordis et medicinis cordialibus. Inc. Creavit deus ex concauitatibus etc. — f. 49 Tractatus de proportionibus qualitatum medicinalium. Inc. In medicinis per artem compositis considerans etc. — f. 57 Liber G. (Galeni?) de interioribus. Inc. Quoniam diuersitas membrorum corporis etc. — f. 61 Liber experimentorum **Rasis.** — f. 63 Medicinae **Zenonis** de Athenis.

636 **3521** (Aug. civ. 21) membr. in 4⁰. s. XIV. 215 fol. in Italia scriptus, initialibus litteris pictis ornatus.
F. 1 **(Isaac filii Salomonis?)** Tractatus de febribus ex arabico a Constantino Africano monacho translatus. Cf. cod. Bruxell. n. 14307. — f. 98 Eiusdem de naturis arborum libri III sive Diaetae universales et particulares. — f. 188 Eiusdem tractatus de urinis eodem Constantino interprete.

3522 (Aug. civ. 22) membr. in 4⁰. s. XIV. 194 fol. 637
Bernardi de Gurduna (Gordon) Practica quae Lilium uocatur medicinae.

3523 (Aug. civ. 23) membr. misc. in 4⁰. s. XIV. 277 fol. 638
F. 1 Tractatus de compositione et de utilitate cylindri.
f. 3 **Euclidis** geometria.
f. 22 In Aristotelis meteororum librum II commentarius.
f. 26 **L. Annei Senecae** de verborum copia liber I. Inc. Quisquis prudentiam sequi desiderat etc. — f. 31 De clementia ad Neronem libri II (excerpti). — f. 40 Senecae proverbia per ordinem alphabeti. — f. 44—53 Excerpta ex libris VII de beneficiis.
f. 53 Sermo de assumptione 'Maria abiit in montana' etc. — Sermo super: 'Benedicta es tu filia a domino'.
f. 58 De fide catholica tractatus V libris constans ad papam Clementem directus. — f. 67 Tractatus dialectico-theologicus lectu perdifficilis sic incipiens: Ut dicit Aristotiles in principio praedicamentorum etc.
f. 78 'De Effraim et aliis'. Inc. 'Haec est possessio effraim ad orientem astarot. adar' etc. et sic de XI reliquis tribubus.
f. 78—149 Lectiones per annum ex vetere Testamento.
f. 150 **(Matthaei)** 'Massa compoti' metrica. Inc. Aureus in Jano numerus clavesque novantur etc. Cf. Clm. 5640, 5670 et 14727 et commentarium Conradi de Landau in Clm. 16520.
f. 152 Tabulae Fruigonis Dionisii et Bedae. Inc. Alphabeta duo quae ter deca quinque figuris | Sunt in subscripta tabula quae fruigo vocatur etc. Cf. Clm. 4377 et 5538. — f. 153 Sententiae metricae sic ordientes: Haec tria sunt fumus, aqua stillans, noxia coniunx Sub palea granum spirituale latet.
f. 154 Algorismus metricus. Inc. Haec algorismus ars praesens dicitur in qua | Talibus Indorum fruimur bis quinque figuris etc. Cf. Clm. 7784.
f. 156 Capita quaedam ex libro Job cum commento.
f. 168 De orationis dominicae septem petitionibus. Inc. Unusquisque qui patrem clamat in celis filius debet esse in terris. — f. 168 Sententiae theologicae variae. — f. 175 Explicationes variorum locorum Evangeliorum. — f. 197 Historia actuum Apostolorum. Inc. Anno XIX imperii Tiberii Caesaris adhuc procuratore Judaeae Pilato praeside Syriae Vitellio mortuus est dominus et resurrexit. Illigatae sunt duae chartae in 12⁰ (f. 209 sq), in quibus inest particula commentarii in Cantica Canticorum. — f. 215 Commentum in historiam passionis etc. Jesu Christi.
f. 219 De homonymis, partim metrice. Inc. Dic quid sit jrundo, quid sit irudo, qualis arundo etc.

f. 221—241. 246—258. 261—271 Sententiae, breves sermones, expositiones evangeliorum etc. variae.

f. 242—245. 268 Sermonis gallici particulae.

f. 259 sq. Edictum (episcopi cuiusdam?). Inc. Quia non potest ecclesiis dei melius consuli uel consultius prouideri quam si circa ministros et rectores earum ut idonei sint cura diligenter habeatur, dignum duximus etc. (statuitur ne feminas domi suae habeant, ne tabernas exerceant etc.). — f. 272 Excerpta ex regula quadam monastica. f. 277 ex grammatica latina.

639 **3524** (Aug. civ. 24) membr. in 4⁰. s. XIV. 13 fol.

Figurae, i. e. circuli variis modis descripti cum sua inscriptione, mysteria missae et aliarum rerum, imprimis liturgicarum repraesentantes. Primae figurae titulus est: Quod quatuor modis dicitur missa.

640 **3525** (Aug. civ. 25) membr. miscell. in 4⁰. s. XII—XIV. 125 fol.

F. 1 Sermones de textu 'Inmutemur habitu in cinere et cilicio'.

f. 17 Sententiae metricae. — Prosaica quaedam de vanis mundi gaudiis cum notis musicis. Inc. O quam beati a mundo quos cernimus dampnatos quos pura conscientia perducit ad gaudia etc. Sequitur carmen breve sic incipiens: Dum recordor toto corde | in qua mundus iacet sorde | totus mundus valde sordet | et cor totum se remordet etc.

f. 18 Homiliae sive meditationes XXVIII, quarum prima 'In anima non corpore exultandum esse'.

f. 22 Carmina. 'Regi regum omniscio hec gratulizet concio mera clangens armonia. **hac in die** | digno sudans conamine: utroque psallat homine. celebria sunt gaudia. **hac in die**' etc. — 'Sator rerum sub dierum mundo natus clausula. | Roriflua melliplua ortus ex virguncula' etc. Sequuntur haec:

Auro quid melius? iaspis. quid iaspide? sensus.
  Quid sensu? ratio. quid ratione? deus.
Vento quid leuius? fulmen. quid fulmine? fumus.
  Quid fumo? mulier. quid muliere? nihil.
Sunt tria damna domus: ymber, mala femina, fumus.
Sunt tria gaudia: pax, sapientia, copia rerum.
Hec tria diluit, hec tria destruit ars mulierum etc.

Cf. Clm. 16126.

f. 23 Oratio sacerdotis missam celebraturi. — Quod nulli sacerdotum amplius quam semel liceat communicare. — Quibus de causis canon sub silentio agatur.

f. 24 Sententiae variae ex iure civili et canonico, additis ubique auctoribus. Inc. Papinianus primo l. diffinitionum.

Lex est commune praeceptum prudentium etc. — f. 28 Prologus legis Baiuvariorum.

f. 28[b] Animadversiones in Psalterium Davidis, f. 30 in epistolas S. Pauli, f. 32 in Decreta, f. 33 in Matthaeum, Marcum, Lucam et Johannem, f. 34 in canonicas epistolas, f. 35 in XII prophetas.

f. 36 De matrimonio. Inc. Pertractatis aliis sacramentis superest ut de sacramento matrimonii disputemus etc.

f. 39 Arbor consanguinitatis et affinitatis. Sequuntur complures quaestiones et causae ad eandem materiam pertinentes.

f. 52 Loci evangelici varii explicati. f. 56 De S. Maria.

f. 58 Etymologiae et differentiae vocum latinarum, inter quas complures metricae, velut: Libertus cuius de sanguine liber habetur. | Est qui suscipitur. est et qui suscipit hospes. | Est qui nutritur. est et qui nutrit alumpnus. | Phebus. apollo. Pean. Tytan. sol. Delius idem est.

f. 61 De passione Christi. Inc. Quatuor sunt flumina paradisi etc.

f. 62[b] Versus Sibyllae de ultimo iudicio. Inc. Judicii signum tellus sudore madescit etc. — De signis quae Christi adventum adnuntiaverunt.

f. 64—84 et 110—125 Sermones anonymorum.

f. 86—109 **Honorii Augustodunensis** Sermones seu Speculum ecclesiae. Codex in fine est mutilus.

3526 (Aug. civ. 26) membr. in 4⁰. s. XV med. 108 fol. **641**

F. 1 **Imp. Caroli IV aurea bulla** latine. — f. 42 Eadem germanice. In fine legitur: Dem durchleuchtigen hochgebornen Fürsten und Herren. hñ Ludwigen pfallenntzgrauen bey Reine Hertzogen in Nidern vnd Obern Bairn etc. meinem gnedigen lieben Herren.

f. 97 Reformatio uniuersalis per Sacrum Romanum Imperium in Germania per Fridericum Romanorum Regem a. 1442, die Aug. 14., cum scito et consensu Electorum Imperii, germanice; Chmel Nr. 982.

3527 (Aug. civ. 27) membr. in 8⁰. s. XIV. 90 fol. **642**

Explicationes Decretalium de constitutionibus, accusationibus etc. Sequitur f. 73—90 duplex index materiarum. Praecedit f. 1 Enumeratio librorum legis et canonis et eorum divisionum, f. 1—3 abbreviationum in libris legum usitatarum, f. 3—6 Tituli librorum I—V Decretalium, f. 6[b] sq. Versus memoriales de iisdem, f. 8—11 Index alphabeticus materiarum.

3536 (Aug. civ. 36) in 2⁰. s. XV. 300 fol. **643**

F. 1 **Petri Berchorii** Moralisationes novi Testamenti cum indice alphabetico copiosissimo. — f. 178 **Henrici de Hassia**

tract. de confessione. — f. 178 **(Pseudo) Valerii** ad Rufinum de non ducenda uxore epistolae cum expositione. — f. 192 Sermones anonymorum de dominica Oculi, de dominica Laetare ad clerum, de cena Domini, de passione Domini, de vanitate creaturae, pro defuncto.

f. 229 Tractatus anonymi de oratione vocali sonora et eius partibus pars octava usque ad quintam decimam. Partis octavae capitula priora sunt de voce laudis, de gratiarum actione, de psalmodia etc. — f. 250 Tractatus de VII donis spiritus sancti. Inc. Omne datum optimum etc.

644 **3537** (Aug. civ. 37) in 2°. a. 1439. 342 fol.

F. 1 Historiae parvae de historiis maioribus (Bibliorum) extractae. Inc. Adam unico facto suo multa peccata commisit. — f. 62 Guilelmi Britonis Vocabularius biblicus. Cf. clm. 21243. — f. 230 Lucidarium Legendarum. Inc. Utilitatem operis praedilecti confratris B. mihi caritatis vinculo etc. — f. 239 **Luciani** Vocabularius. Inserta sunt passim germanica. — Carmen: Hic volucres celi referam sermone fideli etc. Cf. Haupt Z. f. d. Alt. IX, 390.

f. 331 Calendarium **Johannis de Gamundia.**

645 **3538** (Aug. civ. 38) in 2°. a. 1473. I et 269 fol.

Bernhardi Clarevall. homiliae XIV super cenam Domini. f. 42 Alii sermones eiusdem, inter quos legitur Anselmi Cantuariensis tract. de aeterna beatitudine enarratus ab **Admero** Cantuariensi. — f. 237 Bernhardus de primo versu psalmi. f. 261 Idem de praecepto et dispensatione.

646 **3539** (Aug. civ. 39) in 2°. a. 1454. 355 fol.

Sermones quadragesimales **Demolducii** de Forlivio de ordine fr. eremitarum S. Augustini.

647 **3540** (Aug. civ. 40) in 2°. a. 1468. 458 fol.

Quadragesimale fratris cuiusdam, **Joannis Grutschii**, ut videtur; nam sequuntur eius Introductiones sermonum de tempore et de Sanctis per totum annum. Additus est index copiosissimus.

648 **3541** (Aug. civ. 41) in 2°. a. 1449. 363 fol.

Hugonis de Prato Sermones dominicales de evangeliis et epistolis per totum annum. Codex in fine est mutilus.

649 **3542** (Aug. civ. 42) in 2°. s. XV. 279 fol.

F. 1 **Hugonis de Prato** sermonum pars hiemalis.

f. 196 Tabula iuris canonici scripta (an composita?) a Gregorio de Budissin.

f. 208 **Laurentii Grieneri** Rhetorica.

650 **3543** (Aug. civ. 43) in 2°. s. XV. 339 fol.

F. 1 **Johannis** episcopi sermones quadragesimales. Inc. Receperunt mercedem suam etc. — f. 296 De XII abusionis

gradibus. Inc. Si volueris a dominica palmarum continuare etc. — f. 309 Introductiones Evangeliorum per Quadragesimam, per XL mansiones filiorum in deserto. — f. 325 Collatio de decem plagis Aegyptiorum.

3544 (Aug. civ. 44) in 2⁰. s. XV. 225 fol. **651**

F. 1 **Nicolai de Dinkelsbühl** expositio orationis dominicae. f. 41 Eiusdem tractatus de VII donis spiritus sancti. — f. 55 Eiusdem tract. de V sensibus. — f. 79 Eiusdem Confessionale. — f. 100 Eiusdem tract. de communione sacramentali. — f. 108 Eiusdem tract. de VIII beatitudinibus. — f. 148 Eiusdem tract. de X praeceptis.

3545 (Aug. civ. 45) in 2⁰. s. XV. 247 fol. **652**

F. 1 **Simonis de Cremona** ord. eremit. S. Aug. Sermones de epistolis dominicalibus cum tabula.

f. 213 **Augustini de Ancona** tractatus super 'missus est'. Hanc libri partem scripsit frater Gregorius Flogel Babenberge a. 1449.

3546 (Aug. civ. 46) in 2⁰. a. 1405. 311 fol. **653**

Arnoldi de Seehausen quaestiones super libros Sententiarum.

3547 (Aug. civ. 47) in 2⁰. a. 1467—1469. 264 fol. **654**

Johannis de Tambaco liber de consolatione theologiae.

3548 (Aug. civ. 48) in 2⁰. a. 1439 sq. 134 fol. **655**

F. 1 Scriptum super quarto Sententiarum, ad calcem mancum.

f. 85 Quaedam dubia moralia et naturalia. Quaedam de libris physicorum. — f. 90 Magistri **Waltheri** tractatus de tribus principiis rerum naturalium. Inc. Sicut fructus est ultimum quod ab arbore exspectatur etc. — f. 95 Liber meteororum.

f. 105 **Alberti Magni** tractatus de anima.

f. 115 **Petri de Lyaco** (i. e. de Alliaco) compendium potentiarum et virtutum animae. Scripsit frater Wilhelmus Kehersperger a. 1440. — f. 119 Utrum illa quae distinguuntur formaliter distinguantur etiam realiter.

3549 (Aug. civ. 49) miscell. in 2⁰. s. XV. 391 fol. **656**

F. 1 **Jacobus de Cessolis** super ludo scaccorum.

f. 29 Quaestiones **Richardi de Media villa** super tertio sententiarum. f. 34 Excerpta ex Thomae de Aquino libro IV summarum.

f. 35—60 **Henrici de Hassia** tract. de nobilitate animae. Idem super Pater noster, Ave Maria etc. Sermo de ascensione domini. f. 91—131 Eiusdem tractatus de oratione dominica.

f. 60—90 Variae quaestiones et excerpta theologica.

f. 132 De confessione. — f. 162 Versus multi ternarii incipientes et exeuntes in verba 'Vado mori'. Auctor esse

fertur **Petrus de Rosenheim**, cf. Serapei vol. XXI, 171. — f. 163 Sermones cum aliorum tum **Peregrini, Scoti, Hugonis de Prato**, inter quos f. 236—242 Declaratio doctorum studii Coloniensis de confessionibus audiendis et missis diebus festivis in ecclesiis minorum ordinum mendicantium. Sequuntur aliae eiusdem generis declarationes.

f. 282 **Karoli IV aurea bulla.** f. 293 Leges imperiales Karoli quarti de officiis principum sacri imperii. f. 294 »**Julianus** cardinalis« de translatione imperii in Germanos. Inc. Multifarie multisque modis. Est tractatus Jordani Osnabrugensis, quem edidit G. Waitz. f. 301 Formula exauctorandi praesulem. Inc. Auferimus tibi mitram pontificalem.

f. 295 **Thomas de Aquino** contra mag. Wilhelmum haereticum de S. Amore. f. 314 Sermones varii.

657 **3550** (Aug. civ. 50) in 2⁰. a. 1466. 379 fol.

F. 1 **Guillelmi Durandi** Rationale diuinorum officiorum. Scripsit fr. Nicol. Flend de Sweinfordia, conventualis in Augusta.

f. 369 Mag. **Gregorii Heymburck** concertatio contra Nicolaum de Cusa super altercatione contra Sigismundum ducem Austriae.

658 **3551** (Aug. civ. 51) in 2⁰. a. 1411. 272 fol.

(Johannis Nider) Expositio decalogi.

659 **3552** (Aug. civ. 52) in 2⁰. a. 1411. 354 fol.

F. 1 **Nicolai de Hanapis** ord. praed. patriarchae Hierosolym. Exempla s. scripturae cum tabula. — f. 104 Sermones varii anonymorum. f. 298 Sermo de S. Anna praedicatus per fr. **Gregorium Fogel** in conventu carmelitarum Augustano a. 1455. — f. 300 Tractatus super 'Faciamus hominem ad imaginem et similitudinem nostram'. — f. 350 **Feliciani** ord. praed. tractatus de praedestinatione Sanctorum.

660 **3553** (Aug. civ. 53) in 2⁰. a. 1470. 199 fol.

F. 1 De vita monastica libri tres (monacharius, diaetarius, locarius). Inc. Universis in Cristo Jesu religiosis ad quos praesentes pervenerint et praesertim sub regula B. Augustini militantibus etc. Adiecta sunt f. 169 sqq. capita nonnulla polemica, ut 'contra prelatos carnales proprietatem colentes'.

f. 176 Theses ex omni disciplinarum genere Romae a. 1463 disputatae.

f. 177 Calendarium cum computo ecclesiastico et astronomico.

f. 194 **Felicis (Hemmerlin)** cantoris Turicensis tractatus de validis mendicantibus et beginis et lolhardis in eslinga.

661 **3554** (Aug. civ. 54) in 2⁰. a. 1453. 256 fol.

F. 1—3. 117—129. 131—159. 164—209 Sermones varii, inter quos f. 145^b—147^b: 'Arenga pro commendatione

ducis Wilhelmi Bavariae defuncti a. 1435'. Uni eorum auctor subscriptus est f. 138: 'Editus a quodam superiore wiennensi Carmelita fratre **Cunrado Dinkelspuhel'.**

f. 4—117 **Leonardi Scacii** Quadragesimale de petitionibus devotae animae.

f. 159—163 De origine ordinis fratrum de monte Carmeli. f. 190 **Johannis Hildensheim** Carmelitae metra in laudem sui ordinis. f. 209 sq. Legenda de S. Alberto Carmelita.

f. 211 **Thomae de Haselbach** sermones de confessione.

f. 247 Canones penitentiales. — Casus papales et episcopales.

3555 (Aug. civ. 55) in 2°. s. XV ineunt. 174 fol. **662**

F. 1 Fratris **Nicolai** Adventuale (sermones). f. 46 Eiusdem sermones dominicales de tempore. — f. 114 Speculum humanae salvationis cum tabulis.

3556 (Aug. civ. 56) in 2°. a. 1455. 280 fol. **663**

F. 1 **Thomae de Hasselbach** sermones de Sanctis. — f. 214 Exempla naturalia super Evangelia dominicalia ex scriptoribus de rerum natura. Inc. (F)ontinus (?) in descriptione uniuersi etc. — f. 250 Tractatus super Magnificat. — f. 272 **Feliciani** libellus de praedestinatione Sanctorum, scriptus a Conrado Glatz.

3557 (Aug. civ. 57) in 2°. a. 1454. 326 fol. **664**

F. 1 **Johannis Nider** tractatus de lepra morali. f. 61 Eiusdem Praeceptorium sive Expositio decalogi. — Scripsit Nicolaus Faber baccal. Viennensis.

3558 (Aug. civ. 58) in 2°. s. XIV/XV. 137 fol. **665**

F. 1 Sermones dominicales. — f. 88 **Jacobi de Lusanna** de S. Katharina compendium moralitatum.

3559 (Aug. civ. 59) in 2°. s. XV. 387 fol. **666**

Psalterium glossatum. Glossarum nonnullae recentiores a Sigismundo Welsero, cuius codex olim fuerat, scriptae videntur. In tegumento anteriore manu s. XV/XVI: Dises bůch ist miner dochter Siwilla Radewerin nåch minem tod.

3560 (Aug. civ. 60) in 2°. a. 1444. 233 fol. (cod. Welserianus.) **667**

F. 1 **Guidonis de monte Rotherii** Directorium in VII sacramenta (alias Manipulus curatorum). — f. 97—99 et 225—233 Sermones anonymorum. — f. 100 **Nicolai de Dinkelspühl** tract. super decalogum. — f. 190 Eiusdem tractatus de tribus partibus penitentiae.

3561 (Aug. civ. 61) in 2°. s. XV. 337 fol. (cod. Welserianus). **668**

